

Mythologia, Venise, 1567 - X [01-03] : De Ioue

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[01-03\] : De Ioue](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II

[Mythologia, Venise, 1567 - II, 01 : De Ioue](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[01-03\] : Jupiter](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[01-03\] : Jupiter](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [01-03] : De Ioue, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/959>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4

Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 290r°-290v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Jupiter](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

fundamentum religionem; omnemque beneficentiam esse Deo grāram. Vix tam mortalium esse quasi plurimis difficultibus circumuentem, ē quibus nisi Dei ope nemo satis sapienter se expedire poterit. Siliis vel ad probitatem vel improbitatem esse acutissimum calcare domesticā maiorū exēpla. Ebrietatem corpus, & animum inuilem facere rebus omnibus; multaque indecora immoderatum vini usum sequi solere. Irā vim plurimum obesse rebus omnibus, nisi moderatio illi adhibeatur; superbiamque & pertinaciā & inuidiam debere rationi & resto consilio obtemperare. omnem arrogatiā & temeritatē diuinę naturę maxime esse aduersam, quæ tandem a Deo deprimitur. Ambitionem maximē animos mortalium infestare. Mortalium superbia & crudelitatem Dei irām concitari. omnibus vitiis annexum esse condignum supplicium neque viam esse nobilitatem, aut vires, aut dūties, aut potentiam, quæ possit dignæ poenæ sceleratum hominem subtrahere; quippe cum vel debilis fortissimum hominem iniquum sepe profigatur. Animas esse immortales, quæ diutissimē possint penas dare illorum scelerum, quorum perbreuem voluptatem expetuerint. omnibus esse moriendum, cum somnus nos mortales esse ob quandam mortis similitudineus moneat. omnes post mortem esse iudicandos. Innocentiam esse optimum viaticum omnibus animabus mortuorum ad summī Dei presentiam. Ita viuendum esse ut recordatio vita p̄sterit possit nos in motte consolari, at non certores iniicere. Tortores fore qui commissa peccata nos fateri cogant post mortem. omnia peccata vel esse medicabilia, vel minime. Singularis animabus pro magnitudine peccatorum magnitudinem suppliciorum esse paratam. Non esse curandum quid de nobis dicant homines, sed quod æquum esse videatur faciendum; cum nemo proorsus ex omnibus mortalibus omni ex parte irreprehensibilis existat. Ego sanè, cum ita fuerint dogmata sub fabulis antiquorum contenta, illos qui posse philosophi nominati sunt, philosophandi initia ab ipsis fabulis cepisse contendem: neque aliud fuisset philosophiam, quam fabularum sensa ab inuolucris, exuulisque fabularum explicata. Nam cum ab Aegyptiis vniuersa propè philosophia in Græciam primum tuisset deportata, quid prohibet illam per fabulas apud Græcos fuisse per manus traditam? Cum enim inuestigare philosophiam à principio Aegyptiis sacerdotes prisca illis temporibus expiissent, et cumque sacrarum cognitionem illi niterentur apud se retinere, ne traderetur in vulgo; dederunt operā ut aliquas notas insuerint, sub quibus sapientiz p̄cepta, & arcana mylleria sacrorum continerentur, quas Hieroglypticas non minarunt. Sunt enim hiera lacra; ac glypho sculpo. Illud vero admirabile fuit in Græcorum fabolis, quod earum nonnullæ historicam & physicam & ethicam narrationem admittunt, cum aliæ naturalem tantum, aliæ moralem solum contineant. Atq; nos in nonnullis omnes hanc explications ponemus, in aliis vel moralem tantum, vel naturalem; cum facile esse uniuicue censeamus hæc omnia pro iudicio colligere. atque primū de Ioue incipiamus.

De Ioue hissericē.

Hic Deus habitus fuit, postquam pulso patre de regno ipse imperium suum cepit. quia Reges antiquitus pro Diis colebantur, quod inuenta mulierum

Dddd a torum

torum sibi arrogauit; quod humanioris vite autor extitit; quod omnia diuinæ prouidentia gubernari prior demonstrauit, quod homines ad cultum Deorum erexit. At Phisicæ.

Idem modo aer, modo æther creditus est; modo sol, modo fatum, modo cœlum, modo mundi anima; quæ ubi agit in corpora cœlestia, Iupiter Olympius dicta est: ubi in vires subterraneas, Iupiter Stygius: ubi in mari, Neptunus. at castratio Saturni unum tantum esse mundum & unum tempus significat, neque posse plures procreari. parentes Iouis Deum denique cum ea genuisse & procreasse significant; cuius affines sunt elementa. Deinde significatur illorum mutua generatio & corruptio secundum partes, cum tota moles sit sempiterna, corporaque cœlestia minime corruptantur, frequentioreque fiat circa terram mutatio. Tum è motibus cœlorum confici harmoniam innuebant. Elementa rursus neque mares sunt, neque formæ, cum tamen verorumque fungantur officio. omnis autem vis temporis expellitur è regno Iouis, quis post creatuæ a Deo corpora naturalia in elementa fructum est tantum à Saturno sue tempore, quod eius vires extra primum, cœlestiæque corpus reiecit: atque sub fabulosis de Ioue narrationibus ista rerum physicarum dogmata continentur.

Quæ Ethicæ.

In eadem fabula demonstratur omnem diuitiarum amplitudinem, omnemque opulentiam esse inuidiosam & infidiis plenam; cum per fraudes etiæ & iniurias soleat comparari. omne enim diuitiarum immodicarum desiderium æquitatis & religionis cultum, & humanitatis iura facile prosternit: cum tranquillitas animi, & honor, & multorum reverentia probitatis sint comites. Deinde demonstratur quod principis sapientiam & integritatem omnium rerum bonarum vberitas, ac felicitas demum consequitur. Avaritia postea in omnia penetrare dicitur, eaque esse scelerum omnium fundamentum, neque quidquam magis formidandum illa esse viro bono, cum vix ullus locus avaritiae sit clausus. Post huc demonstratur quod is, qui deditos fuit libidini, facile in omnes brutorum formas mutatur, & ad turpisissima quæque prolabitur. patet igitur quod neque nimio diuitiarum desiderio teneri conuenit viro bono, & quod presentibus vii sapienter oportet, & quod sapientia felicitatis est fundamentum, & quod omnis turpitudo fugienda est viro bono: quæ omnia per Iouis figura significabant.

De Saturne hisericæ.

C V L T U S fuit Saturnus ut Deus de multis benemeritus, quod cum in Italiam venisset ad Ianum, & illum & populos Italiæ primus politioris vite rationem docuerit, & nummos imprimere inuenierit, & agrorum cultum; & Italos primus plantationes, insiones, educationes arborum, fructiferaumque planitarum culturam docuerit. Qui cum esset sapientissimus, ob eius æquitatem & sapientiam dicitur ætas aurea sub illo fuisse, & uberrima terra feracitas, & summa omnium concordia. Non enim legendis, quæ iusta essent, exercebantur homines sub eius imperio, sed potius agendis: cum lex & æquitas foret necessariò in animis omnium impressa. Tunc igitur viri boni sine calmitatibus, sine entis, sine ægritudine properat temperantiâ vinebant, per iucundissimam senectutem, quæ maxime omnium infeliat præteriorum